Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



ex fide iustificem. At vbi venit
fides iam non sumus sub peda-
gogo. Omnes enim filij dei estis per fi-
dem quia quotquot in xpo ihu baptizati estis xpm induis-
tis. Non est iudeus neque greecus
non est seruus neque liber: non est
masculus neque femina. Omnes enim
vos vnum estis in xpo ihu. Si autem
vos xpi: ergo abrahe semen es-
tis secundum promissionem heredes. III
Dico autem. Quanto tempore heres
parvulus est nichil differt a seruo: cum sit dnus
omnium sed sub tutoribus et actoribus
usque ad prefinitum tempus a patre.
Ita et nos cum essemus parvuli: sub
elementis mundi huius seruiebamus. At
vbi venit plenitudo temporis misit deus
filium suum factum ex muliere factum
sub lege. Vt eos qui sub lege erat
redimeret: vt adoptionem filiorum re-
ciperemus. Quoniam autem estis filij dei
misit deus spiritum filij sui in corda
vestra clamantem abba pater. Ita
que iam non est seruus sed filius. Si
autem filius: et heres per deum. Sed tunc
quidem ignorantes deum: his qui
natura non sunt dij seruiebatis:
nunc autem cognoscentes deum
immo cognoscimini a deo: quomo
do iterum infirma et egena
elementa quibus denuo seruire
vultis. Dies obseruatis et menses
et tempora et annos. Timeo vos ne
forte sine causa laborauerim in vo-
bis. Estote sicut ego: quia et ego
sicut vos. Fratres obsecro vos:
nichil me lesistis. Scitis autem quia
per infirmitatem carnis euangelizaui
vobis iam pridem: et tentationem
vestram in carne mea non spreuistis
neque respuistis: sed sicut angelum
dei excepistis me: sicut xpm ihesu.
Vbi ergo est beatitudo vestra. Tes-
timonium enim perhibeo vobis quia
si fieri posset oculos vestros eruissetis
et dedissetis michi. Ergo inimicus
factus sum vobis verum dicens vo-
bis. Emulantur vos non bene: sed
excludere vos volunt vt illos emu-
lemini. Bonum autem emulamini in bo-
no semper: et non tantum cum presens sum
apud vos. Filioli mei quos iterum
parturio: donec formetur in vobis
christus. Vellem autem esse apud vos nunc
modo et mutare vocem meam: quoniam
confundor in vobis. Dicite michi
qui sub lege vultis esse. Lege non le-
gistis. Scriptum est enim quoniam abra-
ham duos filios habuit: vnum
de ancilla: et vnum de libera. Sed
is qui de ancilla secundum carnem natus
est: qui autem de libera per repromissi-
onem. Hec sunt per allegoriam dicta.
Hec enim sunt duo testamenta. Vnum
quidem in monte syna in seruitutem ge-
nerans: que est agar. Syna enim
mons est in arabia qui conuictus est
ei que nunc est iherusalem: et seruit
cum filiis suis. Illa autem que sursum
est iherusalem libera est: que est mater
nostra. Scriptum enim est. Letare ste- vs 54 a
rilis que non paris: erumpe et
clama que non parturis: quoniam multi
filij desertae magis quam eius qui
habet virum. Nos autem fratres sicut
ysaac promissionis filij sumus. Sed
quomodo tunc is qui secundum carnem
natus fuerat persequebatur eum
qui secundum spiritum: ita et nunc. Sed
quid dicit scriptura. Eiice ancillam et
filium eius. Non enim heres erit fi-
lius ancille cum filio libere. Itaque
fratres sumus non ancille filij sed libere
qua libertate xpus nos li-
berauit:
State et nolite iterum iugo se-